Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



gi tram. ℣ Cumq ob duxero nubilq celum apparebit arcus
meus in nubibus. Et recordabor. Lectio quinta.
Dixit dominus ad abraham. Egredere de tua tua et de
agnatione tua et de domo patris tui. et veni in terram
quam monstrauero tibi faciam que te in gentem magnam. Be
nedicam tibi et magnificabo nomen tuum. eriscq benedictus. Et
in te benedicentur universe agnationes terre. ℟ Lo
quutus est dominus ad abraham dicens egredere de tua et de agna
tione tua et veni in terram quam monstrauero tibi. Et faciam te ascen
dere in gentem magnam. ℣ Benedicens benedicam tibi et multi
plicabo te. Et faciam te ascendere. Lectio sexta.
Egressus est abram sicut preceperat ei dominus et iuit
cum eo lot septuaginta quinque annorum erat abram
cum egrederetur de haran. Tulitq sarai uxorem suam et
lot filium fratris sui universamq substantiam quam possederant
et animas quas fecerant haran et egressi sunt ut irent in
terram chanaan. ℟ Cum transiuisset abram ad locum man
bre iudice tres uiros descendentes priam. Tres iudice et unum ad
orauit. ℣ Cumq elevasset oculos apparuerunt ei tres uiri stantes
iuxta eum. Tres iudice. Lectio septima.
Cumq venissent in terram chanaan pertransiuit abram
terram usq ad locum sichem et usq ad convallem illus
trem. Chananeus autem tunc erat in terra. Apparuit dño
abram et dixit ad eum. Semini tuo daturus terram hanc. Qui
edificauit ibi altare domino qui apparuit ei. ℟ Tem
tauit deus abraham et dixit ad eum tolle filium tuum quem dilli
gis ysaac et offerens eum ibi in holocaustum. Super unum mon
tium quem dixero tibi. ℣ Immola deo sacrificium laudis et red
de altissimo uota tua. Super unum. Lectio octaua.